Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-203933-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-203933-p0002-4

# EXERCITATIO IVRIS PVBLICI DE CAVTA ADPLICATIONE AXIOMATIS: SVRROGATVM SAPIT NATVRAM EIVS, CVI EST SVRROGATVM,

QVAM
DIVINI NVMINIS AVSPICIO
PRAESIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, CONSVLTISSIMO
DN. FRIDERICO VLRICO PESTEL,
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE EIVSDEMQVE ANTECESSORE PRIMARIO VT ET MORALIVM PROFESSORE ORDINARIO
H. T. ACADEMIAE RECTORE
PRAECEPTORE SVO AETATEM DEVENERANDO

DIE XXI MAII MDCCXXXIII
*IN AVDITORIO JCTORVM*
PVBLICAE ERVDITORVM CENSVRAE SVBIICIET
AVCTOR ET RESPONDENS
SIGISMVNDVS MAVRITIVS DE BRINCK,
EQVES SCHAVENBVRGICVS.

---

*RINTELII*
TYPIS IOH. GODOFR. ENAX, ACAD. TYPOGR.

30
15
1733,1.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-203933-p0004-5

ILLVSTRISSIMO
SACRI ROMANI IMPERII
COMITI AC DOMINO,
DOMINO
ALBERTO
WOLFFGANGO,
SACRI ROMANI IMPERII
COMITI REGNANTI SCHAVENBVRGI,
LIPPIARVM ATQVE STERNBERGAE,
POTENTISSIMORVM
ORDINVM BELGII FOEDERATI
CHILIARCHAE LEGIONIS PEDESTRIS ETC.
REGII ORDINIS BORVSSICI AQVILAE
NIGRAE EQVITI, ETC.

*DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.*

# ILLUSTRISSIME COMES,
## DOMINE CLEMENTISSIME!

Cum in hac Erneſtina ILLUSTRISSIME COMES, anteceſſoris TUI in regimine glorioſiſſimi, & ſatoris hujus Academiæ religioſiſſimi, ac munificentiſſimi, Principis, inquam ERNESTI, memoriæ quotidie anathemata ſuſpendantur; id mihi quoque ſumendum eſſe putavi, ut digniſſimo Ejus ſucceſſori TIBI ſcilicet, DOMINE CLE-

CLEMENTISSIME, in hoc muſarum domicilio, aram quandam conſecrarem. Equidem, qui ingenii ſui fœtus aliis, præſertim in excelſo viventibus perſonis, inſcribere dicareque audent, id ipſum plerumque argumenti, edecumata diligentia elaborati, dignitate, ac præſtantia exſtimulati, tentant, eoque ipſo ſibi aditum ad Illuſtrium, Magnorumque Heroum gratiam parant, communiuntque. Sed longe alia, ILLUSTRISSIME COMES, mihi ſedet mens. Non adeo mihi blandior, ac mei ipſius ſuffenus ſum, ut ſexagenarios rara quadam præcocium ingeniorum felicitate de ponte dejicere, vel immodeſtum mei ipſius oſtentatorem, ſchedis his ex recitationibus publicis Præceptoris mei conſcriptis, agere geſtiam. Non quoqe gratiæ TUÆ, ut hoc modo adrepam, neceſſe eſſe ſtatuo, ſiquidem jam tum olim tot, & tam eximia ejus argumenta, præſertim cum in locum patris mei optimi ſurrogatus, homagium præſtarem, ſum expertus, ut, quia conſtantiam TUAM, inter ceteras præclariſſimas animi dotes, habeo exploratam, nullus de ejus perpetuitate dubitare debeam. At, quia nexus ſtrictioris ſubjectionis, & juris dominio proximi, TIBI me ab ineunte ætate copulavit, & de celſiſſima Familia TUA, inſtar majorum meorum ab omni ævo, more Solduriorum & Agilolfingorum, fidelium, bene mereri conſtitui, non improba, ILLUSTRISSIME COMES, quod TIBI, cui omnem pietatem, cultum, animique devotionem ſolemni ritu juravi, meorum in jure progreſſuum reddere voluerim rationem. Suſcipe ergo ea, qua ſoles humanitate, ac benignitate, haſce primitias meorum qualium cunque profectuum, ac æqui bonique conſule, quod pauca ſaltem capita eorum jurium, quæ ipſe nunquam non ea ſapientia, qua apud plures gentes & nationes dudum inclaruiſti, in terris TIBI ſubjectis exerces, & cujus, atque reliquarum heroicarum virtutum, inprimis pietatis, juſtitiæ, fortitudinis, munificentiæ,

cle-

clementiæ, impar præco ſum, levi delineaverim penicillo. Supremo interim Numini votivam ſuſpendo tabulam, velit TE TUAMQUE perantiquam celſisſimam Gentem, tot Heroum ſago togaque celebrium feracem, omni bonorum cumulo quam diutisſime beare, &, ut cum omni ævo æternet, jubeat. Superes ætate Parentem, gloria Erneſtum, felicitate omnes in regimine terrarum Schauenburgicarum Anteceſſores TUOS, quod ex interiore animi ſententia vovere nunquam deſinet:

ILLVSTRISSIME COMES,

DOMINE CLEMENTISSIME!

*EXCELLENTIAE TVAE*

*Dab. Rintelii*
*d.* XVIII. *Maji*
CIↃ IↃCC XXXIII.

humillimo cultu devotiſſimus
AVTOR.

§. I.

Variæ variorum quidem juſtitiæ ſacerdotum ſunt methodi, artem juris cujuscunque, præſertim vero publici, (*a*) tradendi; verum non poſtremo loco mihi videtur collocanda iſta, quæ per ſuccinctas theſes, catholica principia, aphoriſmos, canones, paroemias, axiomataque eandem enucleat, aliisque propinat. Univerſalia enim facilius, fontes melius, ſemina fructuoſius quærimus, & ad debitam frugem



(*a*) v. Vitriarii ac Titii ſcripta eriſtica, Sulpitii *Diſſ. de ſtudio J. P. recte inſtituendo*, Bibliothecam J. P. præmiſſam a Bilderbeckio dem Reichs-Staat, Heineccii *V. C. præfat elem. jur. civ.* Autorem novorum literariorum Hagenſium, *m. Sept. & Oct. A.* 1713. *pag.* 188. de nova methodo mathematica differentem, & Dn. Præſidis programma occaſione Diſſert. inauguralis Roggii exaratum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-203933-p0009-7

maturitatemque perducimus, quam ſi ſtatim ab initio ſingularia, abſtruſaque conquiramus, crudumque ac jejunum ſtomachum vagis concluſionum abditis onerare ſatagamus. Levem ac ſimplicem hanc viam nonſolum Imperator *in* §. 2. *J. d. J. & J.* commendare videtur, qua iter ad medium profundum totius ambitus juris parari, tandemque legum nodi, jurisque ænigmata ſolvi queant, ſed & JCti veteres, ac recentiores preſſo pede eandem ſunt ſecuti, dum animum ad ſcribendum regulas juris, ac ὑποτυπώσεις adpulerunt, quibus *LL.* 12. tabb. plebiſcitorum, Sctorum, legumque harmoniam ac ſynopſin breviter enarrarent, amicum concentum exponerent, & uno ſpiritu cuncta regi comprobarent. (*b*)

§. II.

Quæ cum ita ſint, merito quis exclamaret, cui non cantatus Hylas? ſi pluribus ad commendandos, ac præmuniendos meos conatus excurrerem in am-

---

(*b*) v. Jac. Gothofredum, Virum multijuga eruditione celeberrimum, *qui in comment. ad Reg. jur.* 1. *pag.* 14. ideo provocat ad Neratium Priſcum, Catonem, Ulpianum, Paulum, Marcianum, Modeſtinum, Licinium Rufinum, Pomponium, Gajum, Q. M. Scævolam, Papinianum, Venulejum. Et Morhofius in ſui Polyhiſtoris *L.* 1. *C.* 21. inter alios Schottelium, Gruterum, Lehmannum, Harsdorferum, Agricolam, ſententias, proverbiaque Teutonum explicantes laudat, quibus plures addidit Hertius *de paroemiis J. German.* 1. *paroem. in præfat.* numerumque nuper auxit juris conſultiſſimus Piſtorius.

ampliſſimum campum de axiomatum uſu in genere, (*c*) ſigillatim vero de præſentis; quod ſurrogatum ſapiat naturam ejus, cui eſt ſurrogatum, præſtantia in Jurispublici controverſiis. (*d*) Saltem operæ pretium eſſe puto, paulo plenius hic exponere, qualis

 mens

---

(c) *conf. L. 6. §. 3. de offic. Proconſulis, L. 79. §. 3. de Legat. 3. L. 1. C. quando liceat unicuique.*

(d) *conf. L. ſi cum* 10. *§. qui injur.* 2. *ff. ſi quis caut. L. 1. §. hæc actio ff. ſi is qui teſtam. liber. L. filiæ* 28. *§. Attia* 1. *ff. d. condit. & demonſtrat. L un. §.* 1. *C. de rei uxor. act. §. fuerat J. d. action. L. ſi ex lapicidinis* 32. *ff. d. J. dot. L.* 48. *§. ult. de furtis. v. Barboſa axiom. voce ſurrogatum, & Grotium de J. B. & P. L. 2. C. 9. add. Matth. X. vſ. 3. Johan. VI. vſ.* 32. *cap. VII. vſ.* 19. 22. *Actor. XXII. vſ.* 28. præſertim vero non ineleganti exemplo *ex Deut. cap. XXIX. vſ. 5. & cap. VIII. vſ.* 4. petito, juvabit illuſtraſſe adſertum meum, ſurrogatum ſapere naturam primordialem, non accidentalem ejus, cui eſt ſurrogatum. Dicitur ibi: deduxi autem vos quadraginta annos per deſertum, non inveteraverunt veſtimenta veſtra, quin tegumento eſſent vobis, neque calceus tuus inveteravit, quin tegumento eſſet pedi tuo &c. quæ locutiones vix aliter quam ex præpoſito principio poſſunt ad liquidum perduci. Ut enim demus, neque veſtes, neque calceos attritos quadraginta annis fuiſſe, quis credat, easdem veſtes, eosdemque calceos infantibus, adultisque conveniſſe? niſi interim non crevere hominum pedes, ac membra, aut cum pedibus, membrisque calcei, veſtesque crevere? ex pecore enim, cujus ingens in caſtris copia fuit,

*Deu-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-203933-p0011-4

mens ſedeat in hac exaranda Diſſertatione, ſcilicet, ut illius brocardici uſum, abuſumque in tuto collocem, atque ita nullatenus exinde jus ſumam, ſed illud ex jure conſtituto ad obvenientes controverſias adplicem, ubi non magis perdet officium ſuum hocce πολυθρύλλητον, quando ſuo ſenſu abundantes ſine judicio, temperamento, ac limitatione illud circumferunt, quam ſi aliis poſitionibus, generalibusque regulis, vulgus interpretum in devia abripitur, quem abuſum atro dudum notarunt carbone JCti conſummatiſſimi. (e) Quocirca jure meritoque civitates dicuntur eſſe immortales; populus qui nunc eſt, idem eſſe, qui olim fuit; Reges non mori; & quæ alia ; nullum vero ex ejusmodi locutionibus elicere conſectarium aliud licebit, quam quod fœdera, onera, præeminentiæ, aliaque territorio cohærentia jura æterna maneant, eodemque loco conſiſtant, quamdiu idem ſpiritus in regione ſpirat, eadem conſociatio manet, populus non degenerat in diſperſam mul-

---

*Deut. cap. III. vſ.* 19. præter lac & fœtus, etiam pilum & lanam, & pelles percepere. Nec veriſimile eſt, tam ignavos, & ſtultos fuiſſe homines rei pecuariæ jam inde a majoribus ſtudioſos, ut uſum materiæ, illo præſertim rerum ſtatu neceſſariæ, aut neglexerint, aut ignoraverint, id quod optime obſervavit G. Noodt 1. C. 10. *de Fœnore & uſuris.*

(e) B. Cocceji *de ſilentio* §. 1. Thomaſius *de inutilitate brocardici: quæ ſunt in territorio, præſumuntur etiam eſſe de territorio.* Ludovici *de brocardico: omne juramentum ſervandum eſſe &c.*

multitudinem hominum, nec in provinciæ formam redigitur, non vero cogere quis inde poteſt, quod ejusdem indolis, temperamenti, habitus corporis, morum aliorumque accidentalium iſtius regionis cives omni ævo ſint, fuerintque participes.

## §. III.

Ut itaque hoc præpoſitum adſertum in tuto collocem, ante omnia mihi dari poſtulo, in ſolum ens longe perfectiſſimum, Deum, cadere abſolutam omnibus numeris unionem, (*f*) ſed in alias res creatas non niſi relativam, quatenus nempe hic vel ille modus eſt inventus ab hominibus, & vel perſonis, vel rebus, vel actionibus impoſitus, vi cujus unitæ invicem videntur eædem. Poſtquam enim mortales vel ſponte ſua vitæ civilis commoda ſectantes, vel metu ac aliorum intemperiis coacti, (quod frequentius arbitror contigiſſe) civitates condere cœperunt, non potuere non diverſi ſtatus, indeque propullulantes varii effectus morales ſubnaſci. Spatium quippe morale diverſum in iisdem occupant, & ſic diverſo quoque indumento utuntur, prout itaque hic vel ille modus illis eſt impoſitus, etiam conſiderandæ ſunt in

(*f*) Ut rem totam penitius introſpiciamus, inquit Grotius *de J. B. & P. 2. cap.* 20. §. 45. notandum eſt, religionem veram, quæ omnium ætatum communis eſt, quatuor præcipue pronuntiatis niti, quorum primum eſt, Deum eſſe, & eſſe unum &c.

in republ. Hoc Alfenus JCtus,(*g*) hoc Pomponius, (*h*) hoc Pufendorfius *J. N. & G.* 1. *cap.* 1. (*i*) hoc Hertius in Diſſertationum biga, de uno homine plures ſuſtinente perſonas; & de pluribus hominibus perſonam unam gerentibus, ut plures alios prætervehar ſilentio, abunde ſatis docuerunt. Quod autem res una vel multiplex diverſo reſpectu eſſe queat, adeo nullum in moralibus alit monſtrum, ut ſæpenumero in priſci ac recentioris ævi hiſtoriis deprehendamus, aliquem ſibi ipſi imperitaſſe, LLque præſcripſiſſe, bellum geſſiſſe, & ſimul medium pacatumque fuiſſe eodem cum populo, parem fuiſſe alteri, & ta-

---

(*g*) Quando *in L.* 76. *de judiciis:* ait: nam & legionem eandem haberi, ex qua multi deceſſiſſent, quorum in locum alii ſubjecti eſſent,& populum eundem hoc tempore reputari, qui abhinc centum annis fuiſſet, cum ex illis nemo nunc viveret.

(*h*) *in L.* 30. *de uſurpat. & uſucap.* dicens: tria genera ſunt corporum, unum quod continetur uno ſpiritu, & græce ἡνωμένον, i.e. unitum vocatur, ut homo, tignum, lapis, & ſimilia. Alterum, quod ex contingentibus, hoc eſt, pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, quod συνημμένον i. e. connexum vocatur, ut ædificium, navis, armarium. Tertium, quod ex diſtantibus conſtat, ut corpora plura non ſoluta, ſed uni nomini ſubjecta, veluti populus, legio, grex.

Hic ipſe textus itaque docet ἀναλογιςικῶς ſpiritum in populo, & quavis univerſitate fingi, licet alioquin Stoici JCti illum non adeo tribuerint diſtantibus corporibus *v.* Paulus *in L.* 23. §. 5. *de R. V. & Cujacius lib.* 15. *obſ.* 35.

tamen ſubjectum eidem uno eodemque tempore. Neque impedit, quod in phyſicis, caput diverſorum corporum eſſe, merito inter repugnantia & contradictoria referatur, nam ab his entibus naturalibus, ad moralia nulla procedit illatio, ſequelaque. Sane ſive μακροκόσμον, ſive μικροκόσμον ſpectaverimus, indies veritatem illius experimur: omnium rerum viciſſitudo eſt! Nemo noſtrum idem eſt in ſenectute, qui fuit juvenis, nemo bis in idem flumen deſcendit, adeo omnia orta occidunt, omnia aucta ſeneſcunt, ut incerta hæc ſi quis poſtulet, cum ratione certa reddere, nihilo plus agat, quam ſi det operam, ut cum ratione inſaniat, cujus mutationis converſionisque patria noſtra illuſtre vel maxime præbet exemplum, ſive telluris, ſive morum ibidem dominantium habeamus rationem.(*i*) Verum hæc, ſimiliaque phænomena, me

(*i*) Quis peteret Germaniam, inquit Tacitus *de M. G. cap. 2.* informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu, aſpectuque, niſi cui patria ſit? ſed ἀβλεψίας reus foret, quisquis in hunc usque diem eandem aut ſylvis horridam, aut paludibus fœdam pronuntiaret? olim vini, argenti, aliarumque delitiarum copia fuit denegata. Olim ſera juvenum venus, & inexhauſta pubertas, ſepta pudicitia fœminæ degebant, nullis ſpectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ, publicatæque pudicitiæ nulla venia. Sed jam damnoſa quid non imminuit dies? Motus doceri gaudet Jonicos matura virgo, & fingitur artibus jam nunc, & inceſtos amores de tenero meditatur ungue. Olim

me non divellunt a propoſito, eandem in eſſentialibus manſiſſe Germaniam, qualis ante tot ſæcula fuit, idemque regnum Francorum, quale ante tot tempora coaluit, poſtquam Venedi, Moravi, Saxones, Suevi, Boji in locum priſtinorum incolarum, Vandalorum, Iſtævonum, Ingævonum, Hermionum, Baſtarnarum, Marcomannorum ſuccedentes, ab iſtis Francis fuere devicti, (k) & partim mediatis partim im̃ediatis imperii rationibus adſcripti, ſuosque ab initio Proceres regni, majores domus, Præfectos Prætorio, aliosque Salios regentes fuere experti, poſt vero regium limitatum imperium ſelegerunt. Omnibus illis quippe in viciſſitudinibus idem manſit ſpiritus vitalis, quem tot millia traxere, eadem ἕξις, ac vinculum, per quod reſpublica cohæret, & ad unum omnes unitis viribus publicam privatamque ſtabilire felicitatem fuere co-

---

Olim ſecreta literarum viri pariter ac fœminæ ignorabant, unumque annalium ac memoriæ genus, carmina erant. Hodie abundamus polygraphis, ſcripturiendique pruritu laborantibus. *conf.* Werlhofii *notit. Imp. enucleata*, *& jus patrium.* Hert. *de populis Germaniæ veteris*, *ac Dithmarum V.C. in notis ad Tacitum paßim.*

(k) *conf.* Hertii *Notit. vet. regni Francorum*, *ac* Werlhof. *d. l.* Conring. *de Finibus Imper. Auctor* des Reichs-Staats *P. 1. C. 3.* Coccej. *in Jur. publ. prudent. cap. 2.* qui ex hoc fonte 6 populorum juncta 7ma provincia, terra Rhenenſi, omne ſuum jus publicum derivare, ac adverſus diſſentientium tela, inter quos *Titium*, *Gribnerum*, *Gundlingium*, *Meinerſium*, *Textorem*, *Langhut*, nominaſſe ſufficiat, defendere ſtuduit.

conati, ſive etiam ſub unius imperantis, ſive ſub plurium umbra ſecure quieverint, ſive ſedem regni eandem retinuerint, ſive identidem mutaverint. (*l*)

## §. IV.

Hæc gloria gentis noſtræ tanto major, & in omne ævum prædicanda venit, quo certius eſt, idem de ſuperbis Romuli nepotibus, omnisque orbis domitoribus, Quiritibus, dici non poſſe. Quin potius, quoties nobilem illam quæſtionem apud hiſtoricos & juris conſultos, de his quæ Romani imperii fuerunt, cujus nunc ſint, ad ductum Grotii *de J. B. & P.* 2. *Cap.* 9. §. *XI.* (*m*) excutere debui, toties mirari ſubiit, quod

B

(*l*) Unde faſtus Gallorum, ſe eſſe Francorum Germanicorum coloniam negantium, facile refellitur, ſimulque ad oculum patet, quicquid victoriis ſuis, rebusque glorioſe ſatis geſtis iidem Franci variis temporibus, varioque Marte acquiſiverunt, non niſi Germanis eſſe quæſitum, ipſamque Galliam fuiſſe Germanorum acceſſoriam terram, nec ullo juris colore cameram reunionum Briſaci ſuperiori ſæculo potuiſſe ſtabiliri ad recuperandos priſtinos Auſtraſiæ fines, *conf.* Coccej. *J. Publ. in prolegom. &* Schurtzfleiſchium, *ac* Vagedes, de regno Auſtraſiæ diſſerentes.

(*m*) Merito hic H. Grotius, Phœnix ſui ævi, ac redivivæ jurisprudentiæ naturalis parens, adpellari meretur. Sed dum primus fuit, qui in formam artis, ac juris ſyſtema, gentium juſtitiam redigere conatus eſt, non mi-

quod ibidem adeo auſus fuerit populo Romano adblandiri, ut pronunciaverit, illum eundem tempore Caroli M. fuiſſe, qui olim fuit, quamquam extraneorum acceſſione admixtum, indeque hodienum ex adprobatione ejusdem populi Romani Reges Franciæ orientalis fieri Imperatores Romanos, Pontificibusq; reſervatum eſſe jus probandæ, vel improbandæ electionis, & dandi Vicarium, ſi forte Rex morbo, vel captivitate, fungi ſuo officio impediretur. Rectius enim Vagedes noſter ludibrium aulæ Romanæ in translatione imperii Romani in integra Diſſertatione expoſuit, & ipſum jus, ratio, ac omnium gentium conſenſus hanc immotam veritatem in tuto collocant, neminem plus juris in alium transferre poſſe, quam ipſe habet. Cum itaque urbs Roma a Gothorum Alarico, Vandalorum Genſerico, Herulorum Odoacro, Oſtrogothorum Theodorico, aliisq; per quatuor ſæcula ſervitutis publicæ mala perpeti debuerit, adeoque memorandum inter pauca exemplæ fortunæ humanæ ludibrium præbuerit, (n) quo-

mirum, variis defectibus ac nævis, paſſim ab ejus interpretibus ac commentatoribus detectis, fuiſſe eundem obnoxium, qui excuſari magis quam defendi poſſunt, qua ex ratione nimis acerbum videtur judicium, quod Vir alioquin incomparabilis de illo memoriæ prodidit, ſe nil probi, vel ſicci in Grotio inveniſſe.

(n) Sigonius *de Imperio Occidentis in A.* 549. *lib.* 19. *& in A.* 410. *lib.* 10. dictis uſus eſt verbis. Ubivis quidem in hiſtoria occurrunt exempla providentiæ divinæ, quippe quæ ſeſe

quomodo A. 800. feſto natalitiorum Chriſti potuiſſet Carolo M. commentitia quadam electione, Imperatoriſque adpellatione, ſummum imperium conferre? Vel enim Romani, tempore evocati ad ſuppetias ferendas Caroli, jam tum ſub jugo Longobardorum gemuerant, & autonomia, ac autocratia ſua amiſſa, ſaltem clitellas portare ſuas juſſi erant, vel nondum penitus erant in poteſtatem redacti: *ſi illud*, Francorum Auguſtus jure belli uti, ac ut victor Deſiderii, ſui ſoceri, ultimique Longobardorum Regis, jus victoriæ in victos exercere, ſuoque imperio, ſub quocunque titulo ipſi lubitum fuit, adſcribere eos potuit, & obſequii meri gloria ipſis fuit relicta, imperia quippe armis quæruntur, victoriis propagantur: *ſi hoc*, quî Græcorum, & ab iisdem miſſorum Præfectorum imperium averſari, & in Francorum Auguſtum jure propitio transferre potuiſſent? Apud omnes enim in confeſſo eſt, quod Juſtinianus Gothis adeo felici, fauſto, ac fortunato exitu intulerit (*o*) arma, ut Ravennam, ſedem dein

 Ex-

ſeſe in minimis quoque exerit, præſertim vero juvat cum judicio legere inopinatos ejusmodi ſingulares eventus, eosdemque mirari, unde tanta orbis converſio, ac metamorphoſis enata ſit, quod Roma, orbis, gentiumque domina, jugum alienæ dominationis ſubire, ac æquo ſatis animo tam diu ferre debuerit.

(*o*) Prætextus occiſæ Amalaſuenthæ mihi quidem videtur injuſtus, quid enim ſi apud Grotium *de J. B. & P. 2. cap. 25.* §. 8. occurrentia dicta ipſi fuiſſent obmota?

Nos

Exarchorum, Pentapolin, Beneventum, Apuliam & Calabriam, iisdem ereptas in provintiæ formam redegerit, ac ditioni ſuæ ſubjecerit, adeoque nulla particula, ne umbra quidem imperii priſtini Romani ſuperfuerit, & membra minus digna orientalis imperii evaſerint ejus incolæ. (*p*) Forte & nomen imperii hujus in omne ævum ſepultum ac oblivione deletum manſiſſet, niſi Danielis vaticinium, quartam monarchiam in omne ævum duraturam, perverſæ interpre-

---

Nos quotqot hujus colimus urbis mœnia,
Sufficimus ipſi noſtra judicia exequi.

vel etiam,

Spartam Tibi quæ contigit orna,
Nobis fuerint cura Mycenæ.

quo boni & æqui colore ſe rei ad ſe non pertinenti immiſcere potuiſſet? ſed hoc exemplum inter exceptiones a regula, juſtum eſſe præliorum exitum, referri meretur.

(*p*) Jus conſtituendi tum temporis Papam penitus pependiſſe a Græcorum arbitrio, nos non ſinit dubitare liber diurnus Pontificis Romani, quem Garnerius Jeſuita A. 1680. edidit: legimus ibi: Principi lacrymabiliter cunctos famulos ſupplicare, ut dominorum pietas ſervorum ſuorum obſecrationes dignanter exaudiat, & conceſſæ pietatis ſuæ juſſione, petentium deſideria pro mercede imperii ſui, ad effectum de ordinatione ipſius præcipiat pervenire &c. Exarchum vero his verbis allocutos: ſupplicantes quæſumus, ut, inſpirante Deo celſæ ejus dominationi, nos famulos voti compotes celeriter fieri præcipiat.

pretationi prætuliſſet facem, ac ſi Romana intelligenda foret, adeoque merito reſuſcitari deberet. (q)

§. V.

Et ſpecioſe ſatis a Viris eruditis, ex dicto Imperatoris Romani titulo fluere, traditur, quod ceu enſifer, Archimareſchallus, Dux natus Chriſtianorum adverſus infideles, brachium ſeculare, **Obriſt Haupt, und Vogt der Chriſtenheit**, gaudeat jure proëdriæ præ omnibus aliis Europæis Regibus, & in ipſa baſilica ſancti Petri Evangelium Papæ prælegendi facultate emineat, cum Regi Chriſtianiſſimo non niſi epiſtolam tum temporis ibidem legere fas ſit. Huc etiam collineare epitheton, **das Heil. Römiſche Reich**, evi-

(q) v. πολυμαθέςατος Conringius *de Germanorum Imp. Rom. cap. II.* 13. qui nænias has profeſſa profligavit opera. Eginhardus *de vita Caroli M. cap.* 28. inquit: *quo tempore Imperatoris, & Auguſti nomen accepit, quod primo tantum averſatus, ut adfirmaret, ſe eo die, quamvis præcipua feſtivitas eſſet, eccleſiam non fuiſſe intraturum, ſi Pontificis conſilium præſcire potuiſſet.* Quam relationem Eginhardi tamen volo intellectam iſta cum prudenti epicriſi, quam ſubjecit Schminckius, Vir omni meo elogio major. Ceteroquin Pontifices non abſque indignatione legunt, & vel maxime Leoni vitio vertunt, quod ſuæ majeſtatis immemor, tum temporis de genu adoraverit Cæſarem Carolum, populo clamante: Carolo Auguſto a Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita, & victoria. v. Vagedis *ſupra laudatam Diſſert. pag. op.* 125. Utrum vero iſtis diebus feſtis actus profanos exercere liceat? *vide apud* Wildvogel *de J. Feſtorum.*

evictum in pacis Weſtphalicæ congreſſu contra Gallorum idem adfectantium ſuſurros. (*r*) Sed res ſalva eſt, potuiſſent Germanorum Auguſti ſuum ſatis ſuperque tutari prærogativum jus, ſin etiam nunquam de imperio Romano reſtituendo cogitaſſent, ſolennemque unctionem eo nomine ſubiiſſent, nulli prope alii uſui inſervientem, quam ut immodicis ſumtibus exhauſti loculi ordinum imperii fuerint, & tam caput quam membra perſecutionibus diris ac duris Paparum tanto magis ſubjacuerint. Sunt enim ſummi & ἀνυπεύθυνοι Reges ad invicem conſiderati pares, adeoque nullus inter eos alius vel concipi poteſt ordo, quam qui ex temporis rationibus eſt petitus, quo antiquior enim poſſeſſio eo juſtior hactenus eſſe videtur. (*s*) Fruſtra quoque ſunt, qui jus adpellandi Reges, inde derivare geſtiunt, ac, uti quondam Pyrrhus, Epirotarum Rex, a Legato ſuo Cynea, interrogato, qualem Romam compererit, relatum accepit, *Regum ſe patriam vidiſſe*, contendere au-

(r) v. Böcleri *Diſſertat.* quam inſcripſit: *ſacrum Romanum imperium*, & emiſit occaſione Blondellianorum in contrarium propoſitorum principiorum. Fuit Böclerus potius Rhetor, quam JCtus, verum in hoc negotio non ſpernendam attulit in medium conjecturam, ex ſede pſeudo-Vicarii Chriſti depromtam. *add.* Gundlingii *J. N. & G. cap.* 5. §. 28. & de titulo ſemper auguſti, *Ev. Ottonis*, JCti conſummatiſſimi, *Diſſert. de tit. Imp. Ruſſorum* § *ult. cap.* 2.

(s) v. Grot. *de J. B. & P.* 2. *C.* 5. §. 21. Cocceji *Diſſertat. de Præcedentia.* Vitriarii *Inſtitut. J. N. & G.* 2. *C.* 5. *Qu.* 31.

audent, hodienum Imperatoris eſſe, axioma regium huic vel illi Europæo imperanti elargiri, ejusdemque ad beneplacitum ceteros ſe componere debere. Utut enim magno cum adparatu quid olim contigerit ex orientalibus, ac occidentalibus ſcriptoribus collegerit ill. Ludwigius (*t*) re tamen penitius, & ad lydium lapidem juris naturæ, examinata negari nequit, quamlibet civitatem, uti formas regiminis ſui definire pro lubitu ſuo poteſt, etiam titulos variare mutareque poſſe. Quid enim prohiberet, quo

(*t*) *De jure adpellandi Reges cap.* 2. Hoc ſæculo Rex Galliæ Ludovicus XIV. Jacobi, profugi Angliæ Regis, ſuppoſititium filium, ſtatim poſt illius fata, ſicuti eidem pollicitus erat, Regem Angliæ ſalutavit, & pro tali ab omnibus ſuis ſubditis haberi voluit. *v. memoires du Cheual. de St. George*, quis vero inde jus adpellandi Reges Angliæ tranſcriberet in Gallos? Idem ergo putemus de facto Ottonis 3 Imp. conferentis Boleslao regium Poloniæ diadema, quod Premislaus A. 1194. recepit, poſtquam per 200 annos neglectum fuit, & Fridericus I. Imperator Uladislaum, ſucceſſoresque, Bohemiæ Reges creavit, ac Lotharius Saxo Canutnm Danum Obotritorum Regem adpellavit, *vide* Pfeffinger *ad* Vitriarii *Inſtit. J. Publ.* 1. *tit.* 5. §. 8. Quid? quod Maximilianus I. Imperator A. 1514. novem iteratis vicibus, bullaque aurea adpenſa, Baſilium Iwanowitz Imperatorem, & Dominatorem omnium Ruſſorum, adpellaverit, quas literas authenticas A. 1718. e ſitu & pulvere ſcrinii legationum in lucem produxit Schaphirof v. laudati ante Ottonis *Diſſert. de tit. Imper. Ruſſorum cap.* 1. §. 9.

quo minus vel hic adplicemus tritum illud principium: uti quisque de re ſua diſpoſuit, ita jus eſto. Vix quippe ſapiet rerum civilium vel paululum perito philoſophia Bartoli, hæreticum pronuntiantis quemvis, qui Imperatori jus imperandi in omnes populos negaret. Genere enim humano in varia territoria diviſo, quilibet coetus liberorum hominum, juris communis fruendi gratia conſociatus, ſua gaudet autonomia, ac autocratia, quæ non poſſet non convelli, ac labefactari, ſi foret hoc putidum Bartoli (*u*) commentum verum.

§. VI.

Progredior ab auguſto Francorum regni capite ad ejusdem legales vicarios, horumque, controverſam vel maxime poteſtatem ſola hac ex regula definio, metiorque: quod dum ſurrogati ſunt in locum de-

---

(*u*) Nec deſunt præter illum alii adſentatores Cæſaris, dicentes, proſcriptum a Cæſare ubivis per Europam proſcriptum eſſe, & famam ab illo reſtauratam etiam in aliis regnis ſuum operari effectum *v. ſcriptores apud* Coccej. *J. Publ. prud.* 9. §. 26. *&* Gribnerum *de Jure reſtit. famam.* Auguſtus enim, tanquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis, Baldo inter omnes Reges eminere dicitur. Ceteroquin non eſſe ſolius Cæſaris reſervatum in clientelam, ac inæqualis fœderis ſocietatem, adſumere alios Reges, majeſtate eorundem ſalvo, dudum oſteudere commentatores *ad* Grotii *J. B. & P.* 1. *cap.* 3. §. 23. Vaſallagium enim non involvit ſubjectionem, quicquid etiam contradicat Papa *in clem.* 2. *d. ſentent. & re judic.*

deficientis Cæſaris, tamdiu ejusdem cum hoc ſint auctoritatis ac præeminentiæ participes, usque dum vel ex legibus imperii ſcriptis & non ſcriptis, vel ex analogia ſaltem earum adparuerit diverſum jus, diverſa ratio. Equidem varias hujus muneris vocisque acceptiones, ac diviſiones non moror, ſed vel verbulo moneo, me iſtos imperii Proviſores intelligere, qui in A. B. tit. 5. tales eſſe juſſi ſunt. (x) De

C his

(x) Mirari ſubit, cur magis Palatinus ac Saxo tanto prærogativo jure frui cœperint, quam totum Electorale collegium fuit eodem potitum, cum alioquin, Epiſcopo quodam mortuo, capitulum ſede vacante continuare adminiſtrationem & jurisdictionem ſoleat *cap. his quæ II. cap. cum olim* 14. *X. de major. & obed.* quidni ergo Electores omnes, ſuperſtite Imperatore de ſumma rerum negotiisque magni momenti participantes, viderentur digni, ut & ipſi, eodem mortuo, providerent, ne quid detrimenti capiat reſpublica? & verum ſi fateri fas eſt, mallem reſpondere vulgato: non liquet, ac ἐπέχειν, quam temere quid adſerere. Si tamen conjecturis eſt adjuvanda vetuſtas, aliquidque hic definiendum, placet eorum opinio, qui originem Vicariorum derivant ex bipertita illa Germaniæ in ſuperiorem & inferiorem diviſione, v. capitularia Caroli M. *cap.* 2. & 9. ibi: conſenſu Francorum, & fidelium Saxonum: quorſum collineat A. B. d. tit. §. 1. compilator, quando inquit: Comes Palatinus &c. in jure Franconico, & deinde §. 2. Ducem Saxoniæ &c. in illis locis, ubi Saxonica jura ſervantur; & antiqua ordinatio *de offic. Comit. Palat.* quam ex Goldaſto *citat* Coccejus

*cap.*

his vero prædico, quod idem ſibi arrogare queant jus, quod Cæſari competit, adeoque quisque ſeorſim ſua in ditione erigere judicium aulicum, quod etiam in controverſiis ſuper Scepter und Fahnen-Lehen interloqui, non vero totam cauſam decretorio judicio finire, cameram imperii ſigillo communi munire, feuda nobilium renovare, reditus & proventus imperii colligere, Academias, cujus rei vel noſtra præbet exemplum, confirmare, illuſtribus reſtituere natales, literas quinquennales ſeu moratoria, gratialia, ac privilegia concedere, Equites, (y) Nobiles crea-

---

*cap.* 16. §. 1. *ſeq.* ut Comes Palatinus ex officii dignitate primam vocem ſemper habeat, & rege impubere tutor ſit, & ex officio in regno ſemper LOCUM TENENS, cui Käyſerl. hohen Reichs Pfaltz zu Francken, (oder Schwaben) nonniſi adducta ex ratione, quod acceſſerit palatium Saxonicum, hiſce inter alia probat verbis Schilter *in Diſſert. de Vicariis J. R. G.* §. 16. certum enim eſt, quod prævalentibus ex una parte Saxonibus, ex altera Francis, totum Germaniæ regnum in *duas* quaſi *diœceſes* fuerit diviſum, quarum altera Saxonum potentia jure ac dialecto, altera Francorum imperio, atque idiomate uſa, præſertim poſtquam & Alemanni & Bavari Francorum imperio jam tum ſubjecti fuere, quum Saxones inter partes imperii a Carolo M. reciperentur. *add.* Werlhof *ſpecim. J. German.* II. §. 7. & *Cl.* Dithmar *de Vicar. S. R. J. orig. ac progr.* §. 4.

(y) Sprenger, locuples alioquin rerum in comitiis & imperio geſtarum teſtis, *in fontibus J. publ. pag* 370. ignorantiam ſuam hoc in adſerto fatetur, ſed juris ac praxeos ratio me non ſinit dubitare de hac veritate.

creare, ceteraque omnia curare imperii negotia poſſit, quorum non eſt ademta cura proviſioque. Huc pertinet alienatio oppignoratioque feudorum regalium, aliorumque imperii bonorum. Cum enim quisque ſummus imperans ad tuendum, non evertendum imperium, ſit conſtitutus, ipſiusque Cæſaris poteſtas eo usque ſit limitata, ut profuſa liberalitate non amplius uti, aquilamque bicipitem deplumare queat, (z) jure meritoque id Vicariis in dicto cap. quinto fuit interdictum. Eſt quoque Cæſari prohibitum, (*aa*) aliquem imperii Statum proſcribere, niſi conſenſus reliquorum imperii ordinum concurrat, ergo idem de Vicariis intelligendum. Cum etiam facultas inveſtiendi **mit den Fahnen-Lehen**, diſertis A. B. verbis Vicariis ademta, merito



(z) v. Hert. *Diſſ. de origine & progreſſu ſpecial. in Germ. rerumpubl.* Strauch. *de oppignorat. rerum imp.* Lyncker *de poteſtate Imp. alienandi, oppignorandique bona imperii* Stein. *de alienatione immediati feudi. Aut. meditat. ad art.* 12. *cap. Joſephi.*

(*aa*) *v. art.* 20. *cap. Caroli* VIti, depromptum ex capitulat. perpetuæ præliminaribus. Sane actum eſſet de libertate Statuum imperii, formaque imperii mixta, ſi tempora actaque Caroli V. Ferdinandi 2di, Ferdinandi 3tii Impp. reviviſcerent, ac poſtliminio reſtituerentur, quippe qui nonſolum majorem, quam precario imperans Rex Poloniæ hactenus auſus eſt tentare in ſui regni Proceres, hac in re exercuere poteſtatem, ſed & partim eandem affectarunt, uſurparuntque in propria cauſa.

ob (*bb*) identitatem rationis comprehenduntur die Scepter-Lehen. Idemque, quod ad jus primariarum precum attinet, mallem adſerere, quia aliud jus dictarum precum, aliud jus præſentandi ad beneficia eccleſiaſtica, & ſi ſecus pronuntiaremus, major facultas in ſurrogatam caderet poteſtatem, quam in ipſam ſummam, ſi quidem hæc ſaltem ſemel per totum vitæ curriculum hoc jure uteretur, verum Vicarius toties, quoties deficeret imperium, eidemque delata foret vicaria adminiſtratio regni, quod cum regulis bonæ interpretationis vix poſſet conſiſtere, (*cc*) qua-

(*bb*) Utrum ſub hoc vocabulo quoque comprehendantur Comitatus, ſub judice lis eſt. Stella primæ inter juris publici interpretes magnitudinis, Ludwig *in commentar. ad A. B. tit. 5. pag. 559.* contendit, nullum hactenus JCtum auſum eſſe definire, quid ſit feudum vexilli, ſed B. Gundlingius *in diatriba* von Fahnen-Lehen/ *in præfat. ac* §. 34. *&* Coccej. *de præſumt. qualitatis feudalis in Comitat. pag.* 37. merito ſub illis comprehendit Comitatus, verumque eorum delineat characterem. Utrum vero civitates imperiales ſint Fahnen-Lehen/ vel allodia, inepta eſt quæſtio, cum detur tertium, & ad Domanium imperii pertineant.

(*cc*) Equidem *ill.* Gribnerus *in integra Diſſert. de precibus primariis Vicariorum imperii*, in contrarias ivit partes, & *verba A. B. tit. 5. ad beneficia eccleſiaſtica præſentandi*, adeo late accepit, ut & dictas preces primarias includat, cenſeatque ex Ruperti Imp. diplomate Ludovico Comiti Palatino conceſſo, & ipſius Pac. Osnabr. ſanctionibus fluere, nullum diſcrimen inter utrumque negotium ſupereſſe. *Sed v.* Swederi *Jus publicum P. ſpec. cap. 5.* §. 13. 14. *& cap* 33. §. 7. *&* Cocceji *J. P.* 16. §. 13.

quare merito, ſive jus, ſive praxin intueamur, a tali conatu abſtinuit Joh. Georg. I. Saxoniæ Elector, poſt exceſſum Rudolphi & Matthiæ Imperatorum.

## §. VII.

Cum omnes homines conſociationem civilem vitæ ſegregi, ac Nomadum, prætulerint, ſolius boni communis, mutuis viribus domi foriſque promovendi, non vero errorum intellectus eradicandorum, veritatiſque qualiſcunque, ſibi invicem invitis, obtrudendæ gratia, uti viri egregii dudum oſtenderunt, (*dd*) facile ad intelligendum, putidum, deteſtandum, & toti generi humano exitioſum eſſe Romano-Catholicorum dogma, Papæ, ceu imaginario Chriſti Vicario, dominatum in conſcientias fidelium, & infidelium, adſcribentium, adeoque ſub vano colore judicii Zeli, immanibus cruciatibus, ac cædibus, vel in veræ, vel in falſæ religionis adſeclam ſæ-

(*dd*) Grotius *de J. B. & P.* 2. C. 20. §. 48. *ibique* Barberacius. Puſendorf *de J. N. & G.* 8. *cap.* 2. *pag.* 351. G. Noodt *in orat. de relig. ab imp. libera.* Clericus *dans la Bibliotheque ancienne et mod. tom.* 20 *p.* 188 & 191. Saurinus *dans les reflexions ſur le droit de conſcience.* Basnage *traité de la conſcience. Lettre du Comte* de Nottingham *ſur la punition des heretiques.* Bælius *dans le commentaire philoſophique ſur ces paroles de Jeſus Chriſt: contrain les d'entrer*; in quo ſcripto tamen varia *Jurieu et Naudé* deſiderant, quæ vide in *A. E. lat.* 1719. *pag.* 414.

ſæviendi facultatem elargientium. (*ee*) Ipſe quippe Chriſtus docendo, monendo, argumentis adverſarios convincendo, moremque Phariſæorum, maximo ſtudio Proſelytos, id eſt ſocios ſuæ religionis, quærentium, averſando, exemplum præbuit omni exceptione majus, nullo modo ſæviendum eſſe ferro flammaque in adverſarios. Quare opinio eorum JCtorum, Proteſtantium religioni addictorum, vix vi-

(*ee*) *Matthias Pariſienſis. ad A.* 1155. refert, Adrianum Papam Regi Angliæ Henrico conceſſiſſe jus, Hiberniæ inſulam hoſtiliter intrandi, & terram ſubjugandi, atque homines illos *beſtiales* ad fidem & viam reducendi veritatis, extirpatis ibi vitiorum plantariis *v. ill.* Ludwig in der Erklär. über Pufend. Einleit. zur *hiſtorie pag.* 575. *ſeq.* *Idemque autor in commentar. ad A. B. procem.* §. 6. *pag.* 25. ex diplomate in Archivo Magdeburgenſi adſervato docet, Pontificem donaſſe Archi-Epiſcopo Magdeburgico terras Moſcoviam, ac Tartariam, verſus ſitas. Ac Ludovici exercitationibus ſuis ad J. N. inſeruit integram bullam Papalem Hiſpanis liberaliter ſatis terrarum Americanarum poſſeſſionem concedentem, quo ipſo fabulæ ſatisfactum de Primatu ab ipſo Chriſto Romanæ ſedi adſignato, quam habet *Gratianus can.* 2. *Diſt.* 21. *& can.* 2. *ſacroſancta Diſt.* 23. & late tuentur *Ant. de Roſellis de concil.* §. 1. *rubr. num.* 38. *Fagnanus ad cap.* 1. *X. de conſtitut. n.* 64. *& regeſta Pontificis Gregorii* VII. *lib.* 11. *Ep.* 55. ſed optime refellunt Grotius *de mari libero c.* 3. Coccej. *de fundata in territ. poteſt.* Guil. Barclajus *de poteſtate Papæ, an vel quatenus in Reges, Principes ſeculares jus & imperium habeat?*

videtur veritati, ac dignitati Principum ejusdem religionis eſſe conſentanea, qui, ob ſuſpenſam Papæ usque ad concilium œcumenicum (*ff*) poteſtatem, ſibi aliisque perſuaſum volunt, ſurrogatam eſſe territorialem eo usque, ut ſua in regione quisque Princeps ſit Papa. (*gg*) Tyrannidem Papalem accuſavimus,

(*ff*) Verba *art.* 5. §. 48. *P. O.* ſunt hæc: *jus diœceſanum & tota jurisdictio eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus &c. usque ad compoſitionem Chriſtianam diſsidii religionis ſuſpenſa eſto, & intra terminos territorii cujusque jus diœceſanum & jurisdictio eccleſiaſtica ſe contineat.* Non deſunt tamen, qui Cæſaris poteſtatam ſurrogatam volunt, usque dum adpoſita conditio moraliter impoſſibilis fuerit impleta, prætendentes, Cæſarem fontem omnis ſuperioritatis Statibus quæſitæ eſſe, eadem ergo ratione, qua regalia circa ſecularia ab ejus ſummo imperio dependere dicuntur, & non ἀμέσως, ſed ἐμμέσως collata, etiam jura circa ſacra ſeſe habere, auguſtumque Cæſaris judicium aulicum Proteſtantium religioni addictos ordines agnoſcere debere, *conf.* Lyncker *de ſuper. ſacra.* Sed hoc ſuppoſitum cum *art.* 5. §. 52. *P. O.* nequit conciliari, & cum principiis religionis, quam profitetur Cæſar, quæ vetant, quo minus ipſe, ut laicus, eccleſiaſticis negotiis ſeſe immiſceat, vel maxime pugnat, indeque merito repudiatur a Coccejo *in J. publ. prud. cap. ult.* §. 8. *conf.* Schweder *pag.* 223. *&* 795. *Illuſtr.* Ludolph. *de J. Fœmin.* Buddeus *in Inſt. Theol. mor. P.* 2. *C.* 3. *Sect.* 7. §. 21.

(*gg*) *v.* Textor *de J. Epiſcop. in terris Stat. Proteſt. Myl.* ab Ehrenbach *de Stat. Imp. cap.* 82. *n.* 5. Lyncker *de concordat cap. ult. n.* 25. Stryk *de J. Papali Principum Evangel.* §. 10.

vimus, inuſitatum ante Hildebrandi, ſeu Gregorii VII tempora exemplum, Cæſarem ob inveſtituras Epiſcopis collatas indignum imperio cenſentis, excommunicantis, & filium Henricum V adverſus Patrem, ſimulque Regem ſuum armantis, ad orcum damnavimus, (*hh*) Fridericum I. Imperatorem Sᶜᵗo caviſſe, nullum poſthac fore Pontificem maximum, niſi qui more majorum conſenſu Imperatoris creetur, atque nuntius duntaxat Chriſti, ſucceſſorque Petri, non etiam Cæſareæ poteſtatis pertinax æmulus eſſe velit, collaudavimus, (*ii*) ac inter res glorioſe ſatis a Ludovico IV. Imperatore geſtas retulimus, quod ſub eo Status imperii in unanime fœdus conſenſerint, ne quis ſtatueret, imperium dependere a Papa, aut hunc negaret ſubeſſe concilio, cur ergo adſumſimus nomina, adverſis frontibus cum ejusmodi principiis pugnantia? Celebravimus Lotharium II. Conradum III. Fridericum II. Ottonem IV. Henricum VII. quod fervide ſatis cauſam imperii contra Papæ attentata tuiti fuerint, ideoque, cum nulla concilia e. g. Piſanum, An. 1409. Conſtantienſe An. 1414. & Baſileenſe A. 1427. indictum hiſce defectibus me-

---

(*hh*) *v.* Thomaſii *hiſtoriam contentionis imperii & ſacerdotii, & Cl.* Dithmari *vitam Gregorii* VII ac 10 cauſas malorum, quæ Henricus ore facundus, ingenio acutus, eleemoſynis largus, in re militari fortunatiſſimus, fuit perpeſſus, apud Pfeffingerum ad Vitriarium 1. *Tit.* 5. *pag.* 532

(*ii*) *v.* Aventinus *in Annal. lib.* 6. *circ finem fol.* 394. 395.

mederi potuerint, Evangelicos ipſos ſuis in territoriis jure meritoque reformaſſe adſtruximus, (*kk*) cur ergo adeo ſorderet nomen ſuperioritatis territorialis ac analogicæ majeſtatis, ut aliud vilius Papatus epitheton ſubſtitueretur? Intra rectæ rationis obruſſam enim reſtrictum dogma, cujus eſt regio, illius quoque eſt religio, non eſt nefandum, nec ita comparatum, ut cum Chriſtianiſmi, ac prudentiæ civilis regulis conſiſtere nequeat. (*ll*) Sunt quippe Principes omnes ad tuendum jura ſubditorum conſtituti ex populi delatione, ergo media ad finem hunc neceſſaria ſollicite circumſpicere, eademque in ſuccum & ſanguinem vertere, non ſolum poſſunt, ſed & tenentur. Id quod ipſe Gundlingius tandem fateri neceſſe habuit, dum talem Principi permiſit in ſacris poteſtatem, qualis ad providendum, ne ſub obtentu vitæ æternæ conſequendæ turbæ excitentur, eſt neceſſaria. (*mm*)

 §. VIII.

---

(*kk*) *v.* Conring. *de Finibus imperii* 2. *C.* 21. §. 7. *ſeqq.* Schilter *de libertate eccleſiæ Germaniæ.* Coccej. *in J. Publ. prud. c.* 18. §. 24.

(*ll*) *v.* Hertius *de ſuperior. territor.* §. 12. *Auctor meditationum ad Inſtrum. Pacis art.* 5. §. 30. *ſeqq.* In quo articulo verba occurrunt ſequentia: cum ejusmodi ſtatibus immediatis, cum jure territorii & ſuperioritatis ex communi per totum imperium hactenus uſurpata praxi, etiam jus reformandi exercitium religionis competat, *add. art.* 5. §. 30. 43. *& art.* 8. §. 1. *d. P. O.*

(*mm*) *J. N. & G. cap.* 36. §. 93. 98. poſtquam nullam majorem

## §. VIII.

Ex dictis colligo, poſſe Principem imperii novas leges diœceſanas nonſolum ſuæ, ſed & diverſæ religionis adſeclis præſcribere, adeoque, ut cuſtodem utriusque tabulæ, efficere, ut omnia ordine ac decenter fiant, ſervato tamen illo modo, quem imperii, & cujusque ditionis leges fundamentales requirunt.(*nn*) Unde olim non dubitavit ordo juridicus almæ

---

jorem Principi auctoritatem in eccleſiaſticis adſcripſerat, ac in aliis ſocietatibus mercatorum, aliisque rebus ad univerſitatem ſpectantibus, exercet. Sane quantum religio poſſit ſuadere malorum, expertus fuit 1640 Philippus Hiſpaniæ Rex, jacturam totius regni Portugalliæ perpeſſus occaſione perverſæ interpretationis textus in Dominica Adv. 1. Euer Heyl iſt näher denn da ihrs gläubetet, e ſuggeſtu tum temporis a ſacerdotibus expoſiti, v. Becmanni *H.O.T.* 2 *cap.* 2. §. 6, Qua ex ratione Sct. Marcianum, ſub Tiberio quod prodiit, *v.* Bynckershœck *op. pag.* 261. ſuſtulit Bachanalia.

(*nn*) *v.* Brunnem. *de J. eccleſ. lib.* 1. *cap.* 2. § 26. *&* Pufend. *de habitu religionis ad vitam civilem* §. 39. 44. 49. *Ill.* Böhmer *in J. eccleſ. Principum Proteſtant. tit de conſtit.* id quod agenda variorum locorum, collecta a Dn. König, ſatis ſuperque docent. Utrum vero ſolus autonomiã ſuam exercere queat, *ex art.* 5. §. 31. *& art.* 7. *P.O.* aliisque locis LL. fundamentalium, & ſingularum regionum habitu pendet: facies enim non omnibus una, nec diverſa tamen, qualem decet eſſe ſororum, & omni dubio mihi quidem carere videtur, pacta rite inita, religioſe eſſe ultro citroque ſervanda.

almæ hujus Erneſtinæ in illuſtri controverſia concernente cœnobium Hadmerslebienſe, Regemq; Boruſſiæ, qua Principem Halberſtadienſem, huic adſerere jus delegandi quendam, qui electioni canonicæ Præpoſiti intereſſet, licet ad exemtionis a poteſtate Epiſcopali privilegia, magna cum animi inſolentia, provocaverit, eumque in finem in auguſto ſummoque imperii judicio queſtum fuerit dictum cœnobium. (oo) Non ita pridem etiam relatum accepi a Præſide, eundem fuiſſe interrogatum ordinem, utrum Principi Evangelicorum ſacris addicto jus competat edicendi, ne in poſterum quædam perſona eadem ſacra amplexa ingrediatur monaſterium, ibidemque religionem profeſſa, gaudeat prius fructibus beneficii eccleſiaſtici, quam confirmatio ipſius Principis ſubſecuta fuerit. Poſtquam enim dudum proſcripſimus terriculamenta Simoniæ Paparum, clamantium, anathema ſit, qui clericus a laico petit inveſtituram, apoſtolica auctoritate hic opus, non laicali Principum favore: cur concluſiones ſectaremur, tantoque ſudore ac ſanguine partum jus regale circa ſacra ipſo opere hiſce eriperemus?

## §. IX.

Utrum vero præter tres, Romano-Catholicam, Evangelico-Lutheranam, ac reformatam religionem,



(oo) Cujus reſponſi, quia perplexa fuit, arduaque lis, non abs re duxi, quædam adſcribere verba in calce hujus Diſſertationis ſub A.

nem, in fine articuli ſeptimi P. O. confirmatas adhuc plures, Statum publicum non convellentes, a Principe Evangelico tolerari queant, interpretes iſtius articuli ſolent in dubium vocare. Quod ipſum ζητημα facile poſſet decidi, ſi ſpiritus perſecutionis non nimis animos majorum noſtrorum obſediſſet. Ex hoc enim fonte fluxiſſe videtur, quod ſolus Cæſar quondam judæos conducere potuerit, (*pp*) poſt vero in A. B. tit. 9. demum Electoribus, tandemque, cum virile robur omnium Imperii Statuum, ac Nobilium immediatorum; poteſtas fuerit conſecuta, etiam hiſce eadem facultas, fuerit tributa. Et ab ipſo Papa fuiſſe indultum impetrandum, ſi quis infideles alibi locorum recipere auderet, Sixti IV Papæ docet exem-

(*pp*) Ejus eſſe, qui τὸ κύριον habet in republica, de hæreſi cognoſcere & decidere, quoad effectus civiles, *TT. C. de hæreticis*, adſtruit, licet cum regulis boni & æqui conſtitutio *in L. 4. & L. 11. eod.* contra Manichæos extans vix queat conciliari, & non ſatis ad humanum modum lata videatur. Nulla quippe illatio, duo principia coæterna ſupponunt, alterum boni, alterum mali, adeoque homini originem mali nolunt tribuere, ſed temere aliunde illius originem arceſſunt, ergo morte mulctandi ſunt. Quot non vitia avaritiæ, luxuriæ, invidiæ, ebrietatis, mendacii, libidinis, juſto ſaltem Dei judicio relinquimus? An enim hæreſis eſt crimen? quæro cum Thomaſio in integra Diſſertatione hoc thema pertractante. conf. incomparabile ſcriptum Miltoni, *le Paradis vaincû*, quo lapſum Protoplaſtorum oſtendit, & Bælii *Diſſert. ſur les Manicheens.*

exemplum, qui A. 1483 Soldano Babyloniæ reſpondit, Saracenos ſub Ferdinando Catholico, ſemet adprobante, in Hiſpania publicum habere religionis exercitium. (*qq*) Si quis etiam acta pacis Weſtphalicæ vel leviter inſpexerit, nullo negotio animadvertit, quantis animi motibus itum tandem aliquando fuerit in iſtam ſententiam, ut præter tres iſtas confirmatas religiones, nulla alia in ſacro imperio Romano reciperetur, vel toleraretur. Per quæ verba ultima tamen non putarem privatam devotionem quoque excludi, ſed publicum religionis exercitium ſaltem interdici. (*rr*) Uti enim nonſolum de jure liciti eſt excludere a conſociationis civilis effectibus diverſæ religionis adſeclas; Arianos quippe Conſtantinus, Neſtorium Theodoſius, tentatis prius me-

(*qq*) *v.* Leibnitius *tom.* 1. *diplomat. cod. n.* 196. Ceteroquin infideles judiciis Epiſtolorum eccleſiaſticis non ſuberant; *cap.* 14. *X. de judic.* quod de eorum animabus non ſit curandum, juxta Paulum 1. *Cor.* 1. de his qui foris ſunt, quid ad nos? inquit Gonzalez *ad cap.* 12. *X. de uſur. num.* 2. *conf. c.* 8. *X. de divort.*

(*rr*) *vide* Henniges *in meditat. ad Inſtrum. Pac. d. art* 7. *pag.* 866. ubi contra Archi-Epiſcopum Salisburienſem merito urget, non eſſe Catholicorum judicare, utrum quidam a communione juris ex pace quæſiti ſint excludendi, quod in hac vel illa controverſia foveant opinionem parum conformem Evangelicis dogmatibus, ſicuti nec Janſeniſtæ, nec Confucii cultum adprobantes, nec maculatam conceptionem Mariæ virginis ſtatuentes, ideo deſinunt eſſe Catholici.

mediis omnibus, aliorſum deportari præceperunt; (ss) nec in hunc usque diem queri de injuria v. g. Quackeri, monarchomachæ viſi, athei aliiq́;, poſſent, ſi liberum religionis in quadam ditione exercitium iisdem denegaretur: (tt) Ita & meri beneplaciti tamdiu manet, adlegere in jus conſociationis civilis adſeclas diverſæ religionis, usque dum adparet prohibitio, reſtrictaque per pactum conventum facultas. Unde deciſio hujus quæſtionis non tam pendet ab illo principio, utrum Principes Evangelici ſint ſurrogati in locum deficientis Papæ, quam, an effectus ſuperioritatis territorialis in caſu allato ſint per diſpoſitionem validam ſublati?

## §. X.

Nova ſurrogatorum ſeges ſeſe exerit in factis Principum ſucceſſorum, quatenus nempe vel placita anteceſſorum ſuorum ſervare, vel irrita declarare valeant, ubi inter variantes, ac perquam confuſe materiam hanc tractantes ſcriptores, (uu) filum ſequens per-

---

(ss) *vid.* Coccej. *Diſſertat. de Jure circa Hæreticos.*

(tt) *vid.* Gundlingii *J. N. cap.* 36. §. 85. *ſeqq.* utrum ergo Jeſuitæ in ditione merito tolerentur, dubitat Thomaſius *in notis ad* Monzambanum *cap.* 8. §. 8. *pag.* 685. ubi poſtquam retulit Donati, Ducis Veneti, his verbis illos expellentis: abite nil auferte, & nunquam redite, factum, exclamat, ô ſalutare carmen, ô divinam medicinam!

(uu) *v.* Grotius *de J. B. & P.* 2. *cap.* 14. §. 10. 11. 12. Pufend. *de J. N. & G.* 8. *C.* 10. §. 5. Huber *de jure civitatis* 1. *ſect.*

perplacet ariadnæum; ſucceſſor non poteſt tollere ea, ad quæ anteceſſor valide obligatus fuit. (xx) Diſpar quippe conditio privatorum ac Principum hoc omnino poſtulat adſertum; illi, phyſice conſiderati, fato ſuo funguntur, atque ita morte ſua omnia amittunt plerumque jura; hi vero moralem exhibent perſonam, quæ non intermoritur, quamdiu ſalva eſt facies reipublicæ, (yy) quam adferunt, & in ſucceſſores transmittunt, adeo quidem, ut una eademque perſona moralis videatur defunctus cum ſuperſtite, ſicque contra proprium factum venire nequeat. Quæ cum ita ſint, fœdera, pacificationes, bella, conceſſiones, contractus, ac privilegia trans-

---

*ſect.* 9. *cap.* 5. §. 53. 54 *ſeqq.* G. Beyer & *Ill.* Ludwig *de obligatione ſucceſſoris.*

(*xx*) *vid.* Reinking *de regim ſecul. & eccleſ.* 1. *cl.* 3. *cap.* 10. *per tot.* Id enim facile permitto, promiſſa 1) vaga, uti Benhadadi 1. *Reg.* 20. *vſ.* 4. reipublicæ 2) noxia, uti Eliſabetha Hanſeaticis urbibus obtendebat, nec 3) acceptata, uti Ferdinandus Catholicus Carolo 8vo Gallo opponebat, adeoque pollicitationes, vota ac teſtamenta, huc nullo modo pertinere *vid.* Gundling *J. N. & G. cap.* 12. §. 7. *ſeq.* quia nec anteceſſor ex illis obligatus.

(*yy*) Per interpoſitam enim actu regentis perſonam populus ſemet obligaſſe cenſetur, ἐμμέσως, licet ipſe paciſcens Princeps ἀμέσως obligatus videatur. Unde invaſor regni, omni agendi facultate deſtitutus, non poteſt populum ſucceſſoremque obligare, quia ex defectu facultatis procedens negotium eſt nullum. *vid.* Coccej. *Diſſert. de regimin. uſurpat. rege ejecto.*

tranſeunt in quoscunque ſucceſſores, (zz) dummodo formam regiminis LL. fundamentalibus ſemel ſtabilitam eadem omnia non egrediantur. (aaa)

§. XI.

(zz) *v.* A. B. *tit.* 13. *&* 20. *ibique* Ludwig *in commentario &* P. O. *art.* 4. §. 6. *&* 26. Coccej. *in Deduct. conſil. & Reſp. tom.* I. *pag.* 1066. Indeque fruſtra Joh. Georgius I. Saxoniæ Elector, morte Guſtavi Adolphi glorioſiſſimi Suecorum Regis fœdus extinctum eſſe dicebat; *vid.* Grot. 2. *C.* 16. § 16. ac territorio cohærens jus ac ordinem Status, in novum acquirentem eſſe tranſitorium, in controverſo Landgraviatus Leuchtenbergici jure proëdriæ, merito fuit adſtructum in integra deductione. De privilegiis revocandis miſſas facio diſtinctiones Ludovicianæ *doctrinæ ff. tit. d. conſtitut. Principum.* §. 11. 12. *ex* Mylero *ab* Ehrenbach petitas, utpote otioſas, ac contradictionis plenas. Vel enim nota clauſula, bis auf andere Verordnung, adpoſita eſt reſcripto, de qua vide Schilter *Ex.* 1. §. 30. & ultro liquet, ſubſecuta nova conſtitutione, omnem evaneſcere vim & efficaciam prioris conceſſionis, quia nec tempus precario cum effectu adjicitur *l.* 4. *de precario*, vel non eſt adjecta, & non video cur cauſa lucrativa dominii, jurisque alterius translativa, minus efficiat jus perpetuum, quam ſi titulo oneroſo conceſſa, præſertim cum bene ſit de Principe ſperandum in dubio, quod non niſi arte vel Marte bene meritis fidelibus regni conceſſerit, contrariumque morem non raro morum putat Gundlingius *J. N. & G.* 12. §. 46.

(aaa) Regnum enim patrimoniale dudum, ceu monſtrum, deſtruxit Coccejus *in autonomia J. G. cap.* 12. & LL. fundamentales, ceu pacta ultro citroque inita, reſtringere poteſtatem Imperantium, vix meretur dubium.

Quo

§. XI.

Si noſtri axiomatis uſum abuſumque ad infinitas alias juris publici controverſias adplicare, adeoque materiam tantæ amplitudinis, tantique momenti pro dignitate abſolvere lubitum fuiſſet, procul dubio cœpiſſem incurrere in cenſuram delicatulorum iſtorum, qui non integram aliquam tractationem, librumque, ſed prebrevem materiam, ad diſputandum aptam, volunt in cathedram ptotrudi, ac ad diſceptandum proponi. Ampliſſimus alioquin campus ſuperfuiſſet diſſerendi 1) de ſucceſſione victoris in jura populi devicti, 2) an hodierni Impp. in omnia Carolingicorum jura ſurrogati in dubio videantur? adeoque 3) utrum præſentes Status imperii in locum priſtinorum officialium, magiſtratuumque ſint ſurrogati? 4) an in locum Germaniæ Primatus, qui ArchiEpiſcopo Magdeburgico olim competiit, Rex Boruſſiæ, ut Dux iſtius provinciæ, ſucceſſerit? 5) de Türcken-Hülffe, an ſit ſurrogata in locum deficientis expeditionis Romanæ, indeque onus ordinarium imperii ſit? 6) de dotalitio perſonarum illuſtrium, in locum dotis, ac donationis propter nuptias, ſurrogato. Sed ne plus juſto videar

E pro-

Quo ex fonte putarem poſſe componi controverſiam, quæ ratione commendæ Jagau inter Baronem von Iſtelſtein & Swerin fuit enata, quam vide in Cocceji *Reſp. tom.* 1. *p.* 939. & Comitis de Lynar *diſſert. de titulorum & commendarum differentia*, & Böhmeri *J. Eccl. Proteſt.* 3. *tit.* 8. §. 28.

prolixus, vela contraho, contentus quaedam inſtar indicis delibaſſe capita, unde de reliquis ſimile judicium ferri queat. Facio itaque in præſens finem ſcribendi, æquum, candidumque Lectorem etiam atque etiam obteſtatus, velit, ſi qua in re a via veritatis cœpero deflectere, recordari Pliniani iſtius: me in ea ætate ſcribere, in qua erroribus ſi non laus, venia tamen parata eſt.

---

## A.

*v. pag. Diſſ. 27.*

Auf vorſtehende facti ſpeciem, ſamt beygefügten in dieſer Sache bis anhero ergangenen actis, über die daraus gezogene vier Fragen unſere in Rechten begründete Meinung, begehrter maſſen, zu ertheilen, ſo gehet ſolche nach geſchehenes collegiales Erwegen, hiemit zuförderſt ad I. quæſt. dahin:

> Daß Se. Königl. Majeſtät in Preuſſen, als Fürſt zu Halberſtadt, wohl befugt ſey, aus dem Mittel Dero Landes-Regierung, gewiſſe Commiſſarien zu verordnen, um denen Wahlen daſiger Prælaten mit beyzuwohnen, und dahin zu ſehen, daß ſolche decenter & canonicè verrichtet werden.

Denn obgleich an Seiten des hiegegen renitirenden Kloſters Hamersleben, in deſſen den 19. Dec. 1718. am Käyſerl. Reichs-Hoffrath præſentirten Beantwortung des Königl. Preußiſchen Bericht-Schreibens, de prſto vom 25. Apr. d. a. dawider vorgewand werden wollen, daß (1) alle Mannes Klöſter, ohngeachtet ſie ſonſt kein ſpecial privilegium exemtionis hätten, juxta Concil. Tridentinum Seſſ. 25. de Regul. cap. 6. ihre Wahlen insgeheim verrichteten, und in conformität deſſen die Klöſter des Ordens Sti Benedicti, Krafft eines dabey ſub A. producirten Biſchöffl. Paderborniſchen atteſtati, ihre Wahlen ohne Bey-

Beyſeyn einiger Commiſſariorum vollbrächten, alſo (2) um ſo viel eher der Auguſtiner Orden vi privilegiorum ſub B. & C. ſubjectorum, und inſonderheit (3) die congregatio Windersemenſis, deſſen membrum das Kloſter Hamersleben ſey, vigore adjunct. ſub D. & E. mit Commiſſarien verſchonet bleiben müſten. (4) der vormahlige Biſchoff in Utrecht, David de Burgundia, als er in die, dieſem Orden vermeintlich zuſtehende Rechte Eingriff thun wollen, auf deren Unterſuchung von ſeinen prætenſionen abgeſtanden, u. darüber in A. 1661. ſeine Erklärung ſub F. ausgeſtellet hette. In ſpecie aber (5) wäre aus der von Biſchoff Reinhardo zu Halberſtadt errichteten, und ſub G. angelegeten fundation des Kloſters Hamersleben zu erſehen, daß denen daſigen Mönchen die freye Prälaten-Wahl ohne reſervation der Abſendung einiger Commiſſariorum, oder des juris confirmandi verſtattet, auch (6) von vielen Käyſern dieſe freye Wahl-Gerechtigkeit in denen von ſelbigen erhaltenen und Extracts-Weiſe angeſchloſſenen Privilegien, ſo in dieſen Acten fol. 140. ſeq. befindlich, allergnädigſt beſtätiget worden. Welchemnechſt (7) das Kloſter in einer immerwährenden quieta poſſeſſione der uneingeſchrenckten, und in keiner Biſchöfflichen, oder Landes-Herrlichen Commiſſarien Anweſenheit, vorgenommenen Prälaten-Wahl, von Anfang der Fundation bis anhero, nicht allein unſtreitig geblieben, ſo daß kein actus in contrarium angeführet werden könne. Sondern auch (8) ſo wohl vermöge des Ertz-Hertzogs, und Biſchoffs Leopolds Wilhems, A. 1638. mit denen Ständen des Biſchoffthums Halberſtadt getroffener, und ſub A. in extractu angefügter capitulation, als (9) beſage des Oßnabrüggiſchen Friedens-Schluſſes art. XI. §. 1. bey ſolchen Privilegien, Recht- und Gerechtigkeiten, Satzungen, und Gewohnheiten, auch Statuten ferner gelaſſen, und geſchützet werden müſte, geſtalt überdem (10) der Churfürſt Friedrich Wilhelm Glorwürdigſten Andenckens, in dem A. 1650. errichteten homagial receſs juxta additam. ſub K. ſich verbindlich gemacht, das Kloſter bey ſeinen wohl hergebrachten und rechtlich

„erſeſſenen Privilegien, Gewohnheiten, und Gerechtigkeiten, und „bey der freyen Wahl der Prælaten zu mainteniren. Und da (11) die bey denen Auguſtinern hergebrachte Wahl nicht viva voce, ſondern per ſchedas geſchehe, die Anweſenheit derer Commiſſarien ohne allen effect ſeyn würde:

So haben dennoch die weit wichtigere, abſeiten Sr. Königl. Majeſtät in Preuſſen deducirte gründe, uns zu bejahung vorbemeldtere Quæſtion bewegen müſſen.

Allermaſſen (1) eine in Jure N. & Gentium, civili Canonico, conciliis, veteris Eccleſiæ ſtatutis, omnium fere populorum decretis, praxi Eccleſiæ ſub Imperatoribus Romanis, Græcis, Germanis, & Regibus Italiæ Chriſtianis etc. unwiedertreiblich fundirte Wahrheit iſt, quod ſacratisſimæ poteſtati territoriali ſubſint omnes, qui in territorio ſubſiſtunt, aut per illud tranſeunt, ſive ſint laici, ſive clerici, wie ſolches der berühmte, und nunmehro wohlſelige Herr Geheimbte Rath von Cocceji, in der trefflichen Diſputation de Fundata in territoriis & plurium locorum concurrente poteſtate, Tit. 3. mit mehrern ſolidiſſime erwieſen, und deduciret.

*confer. omnino* Hertius *D. Jactitata vulgo ordinis Ciſterc. libertate & exemt. Sect.* 2. §. 7.

Dieſes an ſich ſelbſt der poteſtati civili in jedem territorio in clericos zuſtehende Recht, iſt (2) allen immediatis Imperii noſtri civibus Evangelicæ religionis in Germania in Pace Osnabr. palladio illo, & arce inexpugnabili Evangelicorum, art. 5. §. 29. hinwiederum ausdrücklich beſtätiget. Inſonderheit ist beſagten Friedens-Schluß (3) das Biſchofftthum Halberſtadt, als ein ſeculariſirtes Fürſtenthum, Sr. Königlichen Majeſtät in Preuſſen Durchlauchtigſten Hn. Groß-Vater, und Deroſelben Allerdurchlauchtigſten deſcendenten art. XI. §. 1.

Cum omnibus juribus, regalibus, territoriis, & bonis Eccleſiaſticis, quocunque nomine vocatis, nullo excepto, perpetuum & immediatum feudum etc.

über-

übergeben, und abgetreten worden, cum eadem poteſtate, qua reliqui Principes Imperii in ſuis territoriis fruuntur. d. l.

Dahero (4) Sr. Königlichen Majeſtät in Preuſſen, als Fürſten zu Halberſtadt, regimen Eccleſiaſticum cum omnibus ſuis ſpeciebus, & jus diſponendi circa ſacra, & res Eccleſiaſticas in ſolchem Fürſtenthum zugehöret, non qua Epiſcopo, vel Papæ, obgleich die jura der Proteſtirenden Stände circa ſacra zum öfftern ex hoc quamvis erroneo fundamento pflegen hergeleitet zu werden, wovon der Autor meditat. ad J. Pac. art. 5. §. 48. p. 709. folgende ſtattliche Gedancken hat.

Relinquamus clero Catholico ſuos titulos juris Diœceſani, Epiſcopalis, & Jurisdictionis Eccleſiaſticæ. Nobis Majeſtas civilis imperii non adeo ſordeat, ut exiſtimemus, ejus dignitati, & vi accedere aliquid poſſe adjuncto alio jure.

*conf.* Hertii *Diſſert. d. ſuperiorit. territor.* §. 11.
Titius *in J. Privato L.* 9. *C.* 1. §. 20.

In Anſehung deſſen nun ſind Se. Königl. Majeſtät, qua Princeps Halberſtadienſis (5) wohl befugt, alle media neque natura ſua, neque Dei voluntate mala, zu ergreiffen, wodurch die œconomia religionis externa ad εὐταξίαν & εὐσχημοσύνην gerichtet werde.

B. Hert. *d. Diſſ. d. ſuper. territor.* §. 13.

Und weil ſothaner Zweck (6) durch die in A. 1691. den $\frac{17}{27}$ Oct. und An. 1692. den 31. Dec. an dero nachgeſetzte Regierung zu Halberſtadt abgelaſſene Reſcripta, und darin enthaltene Befehle, daß, wenn daſelbſt einige Prælaturen, oder dignitates, künfftig per modum electionis wieder vergeben werden würden, alsdenn jedesmahl jemand aus denen Mitteln der Regierung dabey zugegen ſeyn ſolte, nicht zwar ſein votum mit zu der Wahl zu geben, oder dem ſuffragio eligentium ihre habende libertät zu nehmen, ſondern nur zu invigiliren, und gebührend zu beobachten, daß die Wahl legitime, & ſecundum canones abgehe, intendiret worden, ſo iſt das Kloſter zu Hamersleben ſolchem in aller-

unter-

unterthänigkeit nachzuleben verpflichtet. Wozu ſich denn (7) deſſen Mönche vordem eo ipſo genugſam erkläret, daß ſie nach der intimation der auf ihro contra Reſcriptum vom $\frac{13}{23}$ Oct. 1691. gethane Vorſtellung ihrer vermeyntlich habenden jurium ertheilter Landes-Fürſtlicher reſolution vom 31. Dec. 1692. ſo wenig dagegen, als wenig gegen deroſelben darauf bey jeglichen Falle erfolgte execution in denen andern Stifftern und Klöſtern eine proteſtation, oder andere gebräuchliche Rechts-Mittel an geziemenden Orte binnen gantzen 26. Jahren vorgekehret, conſequenter dieſe a ſumma poteſtate Eccleſiaſtica emanirte ſanction tacendo approbiret haben.

Mev. *P.* 8. *Dec.* 64. *n.* 6.

Und hätte (8) dieſelbe von dero neulich erſt ſich geäuſſerten renitentz, und vergeblich unterfangener Behelligung Sr. Kayſerl. Majeſtät abſchrecken ſollen, daß ſie gleichwohl nimmer wahrgenommen, daß, da die übrigen Catholiſchen Stiffter, und Klöſter, höch-gedachten conſtitutionen de A. 1691. & A. 1692. ihrer obliegender Schuldigkeit nach, allerunterthänigſte parition in requiſition und Zulaſſung der Commiſſariorum

vid. præjudicia in dem Königl. Bericht-Schreiben fol. 72. & ſeqq. geleiſtet, deren Wahl-Gerechtigkeit in einigen Stücke zu nahe getreten ſey, vielmehr zeigen (9) die Abſeiten Sr. Königl. Majeſtät angezogene exempla, daß ſothane deputation einiger Commiſſariorum, mehrmahlen denen Capitulis und Klöſtern beſondern Nutzen geſchaffet, und durch dieſelbe die bey der election entſtandene differentien alſofort glücklich gehoben, auch das Werck zur Endſchafft durch vorgeſchlagene convenable Mittel befördert worden, welches die regeln und ſtatuta vor ſich alleine, des Kloſters falſchen Angeben nach, auszurichten nicht vermöchten, ſo fern nicht ein tertius zugegen, welcher ſolche denen eligentibus mit Nachdruck zu Gemüthe führet. Folglich iſt die opiniatreté des ſeiner höchſten Landes-Obrigkeit vor allen andern Stifftern desfals widerſtrebenden Kloſters, höchſtens ſcandaleus, und unverantwortlich. Wowider denn

die

die droben angeführten rationes dubitandi, wodurch das Kloſter ſich dem Gehorſam zu entziehen gedencket, nicht in die geringſte conſideration kommen, ſondern in actis bereits zulänglich abgewieſen ſind, geſtalten zu deren Widerlegung die aus obgemeldten principiis von ſelbſten flieſſende regula voraus zu ſetzen, daß eine exemtio oder immunitas ab obedientia Domino Territoriali præſtanda evidentiſſime demonſtriret, und in dubio pro ſuperioritate territoriali geſprochen werden müſſe. Welchem nechſt ſich von ſelbſten gibt, daß (1) das concilium Tridentinum, deſſen Schluß notorie nicht einmahl alle Catholiſche, nahmentlich die Crone Franckreich angenommen, die Proteſtantes eben ſo wenig obligiret:

conf. ſcripta adverſus hoc Concilium a Proteſtantibus magno numero edita.

als die Catholici an den tempore finiti concilii, ſcilicet anno 1563, publicirten Heidelbergiſchen Catechiſmum gebunden ſind. Wiewohl auch in actis zur genüge ausgeführet, daß der Zuziehung Königlicher Commiſſariorum ohngeachtet, die Wahl geheim verbleibe, alſo dem unverbindlichen Schluſſe des Concilii per executionem dictorum Reſcriptorum de anno 1691. & 1692. nicht contraveniret, noch Sr. Königl. Maj. præjudicirlich seyn könne, wenn andere Status der ihnen rechtlich zuſtehende prærogativ und Gewalt circa ſacra ſich zu bedienen, für nicht rathſam erachten. Anlangend auch (2) & 3. daß der Auguſtiner-Orden überhaupt, und in ſpecie die Auguſtiner von der congregatione Winderſemenſi, wozu ſich die Mönche zu Hamersleben bekennen, mit ſtattlichen Privilegien, und dem beneficio exemtionis, deren die den 20. Aug. 1718. præſentirte Anlagen ſub B. & C. D. E. Anzeige thun, von verſchiedenen Päbſten, und dem Concilio zu Baſel begnadiget worden, ſo iſt anfänglich (a) die zuvor zu erörternde Frage noch nicht ausgemacht, ob ein Concilium, oder ein Pabſt derogleichen die Landes-Fürſtliche Hoheit ſchmälernde Freyheiten, privilegia, und indulten zu verleihen, vermocht haben, indem alle diſpoſitiones de jure & re aliena

denen

denen Natur-Göttlichen und weltlichen Rechten nach unkräfftig, null und ſündlich ſind. (b) Wären ſolche allenfals unter der clauſula rebus ſic ſtantibus, und ſo lange Catholiſche Biſchöffe in Halberſtadt regierten, deren Reverentz gegen den Päpſtlichen Stuel gröſſer, als eines weltlichen Proteſtirenden Fürſten iſt, zu verſtehen. Und (c) de exemtione à Jurisdictione Eccleſiaſtica, non vero de exemtione à Jurisdict. ſeculari zu expliciren.

Datis enim privilegiis exemtionum adhuc Reges retinent ſuam Jurisdictionem in omnes clericos. Marcus Anton de Dominis Epiſc. Spalat de Republ. Eccleſ. Cap. 6. n. 6.

In maſſen (d) die exemtiones à Jurisdictione odioſæ, und ſich nicht erſtrecken laſſen, ſondern nur bloß auf dasjenige was darinn ausdrücklich benannt, reſtringiret werden müſſen (e) würcken ſothane exemtiones von der ſubjection nur dieſes, daß die exemti von den Biſchöffen, Ertzbiſchöffen entbunden werden. Gleichwie aber die Päpſtliche Bothmäßigkeit bleibet, und ſie deſſen Befehle zu gehorſamen verbunden ſind, ja dieſe die exemtiones ihrer Anteceſſorum offt wieder aufgehoben, gleich als ex Bulla Attendente Martini V. de A. 1417. klärlich erſcheinet, und denn die jura eines immediati Proteſtantium ſacris addicti Principis, nicht nach denen Rechten eines Biſchoffs abzumeſſen ſind, ſondern ſolche eine vollkommenere, und keiner höhern menſchlichen Gewalt unterworffene Auctorität in ſacris haben, ſo fält das Argument ab exemtione nothwendig weg.

Beſonders da (f) in denen Käyſerlichen Erb-Landen ſelbſt auf die prætendirte Immunität der Auguſtiner deßfalls gar nicht reflectiret wird, ſondern aus Käyſerlichen Befehl die Wahl allemahl in Beyſeyn einiger darzu verordneten Commiſſarien geſchehen muß, wovon die Anlagen f. act. 212. zeugen ſub lit. 1.

Daß nun à poteſtate Cæſaris in Imperio, vel provinciis hereditariis ſich bündig argumentiren laſſe, ad poteſtatem Proteſtantium immediatorum affirmative, non vero negative, hat wol keinen Zweiffel.

vid.

*vid.* B. Stryck. *D. Jure Papali Principum Evangelicorum Cap.* 1. §. *XI.*

Und iſt (9) mit Beſtande auf das Inſtrumentum Pac. Osnabr. art. XI. §. 3. provocirt, woſelbſt zum Uberfluß verordnet, daß alle exemtiones ſive præteriti ſive futuri temporis in keine conſideration kommen, ſondern krafftloß ſeyn ſollen.

*conf. A. meditat. ad h. loc. p.* 1682. *& Capit. Jos. art.* 3. *& invictisſimi Caroli* VI. *art.* 16.

Aus welchen die Antwort ad (4) ohnſchwer ſich ergibt: Indem obgleich der Biſchoff von Utrecht denen placitis ſedis Romanæ ſich conformirt, hiedurch Sr. Königlichen Majeſtät in Preuſſen, und deren gröſſern Vor-Rechten nicht præjudicirt werden. Und ad (5) ſattſam in actis behauptet, daß die Anweſenheit derer Commiſſariorum gegen Reinhardi fundation nicht ſtreite, weil die Wahl dennoch allewege frey bleibet, und der eligirenden Mönche devotion ſo wenig durch jener, als des allemahl dabey befindlichen Notarii und deſſen Zeugen beyſein geſtöhret wird, wiedrigenfalls wolte folgen, daß gar keine Andacht in der Kirche, wo offtmahls viel tauſend Seelen zugegen ſeyn müſſe. Ad (6) Iſt oben die Nichtigkeit derer privilegiorum á Papa in præjudicium ſecularis poteſtatis datorum dargethan, dahero kein Recht vor dieſelbe ex confirmatione Cæſarea entſpringet, cum confirmatio ejus, quod ab initio invalidum eſt, nihil operetur, per vulgata.

Zumahlen auch der Landes-Fürſt dawider nicht zuförderſt gehöret worden,

Confirmatio autem inaudita altera parte eſt ipſo jure nulla. conf. Gailius L. 2. obſ. 1.

zudem ſind alle Kayſerl. privilegia dergeſtalt zu interpretiren, daß die Landes-Herrliche Hoheit keinen Abbruch dadurch leyde, welche widrigen fals in Inſtr. Pac. Osnabr. art. 17. §. 3. annulliret worden. Ad (7) Thut nichts zur Sache daß vormahlen zu Zeiten der Biſchöffe niemahlen einige Commiſſarii der election beygewohnet haben, weil Se. Königl. Majeſtät nicht

obligiret, das zu unterlaſſen, deſſen ſich jene enthalten, indem der Oſnabrüggiſche Friedens-Schluß deroſelben weit anſehnlichere jura conferiret hat, als ſich jene, die Biſchöffe, zu erfreuen gehabt. Wenn auch ein Landes-Fürſt ſich einer und andern aus der Landes-Herrlichen ſuperiorität herflieſſenden Gerechtigkeit in vielen ſeculis nicht bedienet hat, entſtehet hieraus allein keine neceſſität, daß der ſucceſſor ebenfals ſein unzweiffelhafftes jus nicht exerciren dürffe. In reiffer Erwegung ad beneplacitum, & meram facultatem ſuperioris gehöret, welcherley ſubjection er von ſeinen Unterthanen wehrender ſeiner Regierung begehren wolle, ſo lange er nun dieſes oder jenes nicht anbefiehlet, und die Unterthanen ſich deſſen nicht weigern, und darauf der Landes-Herr nicht acquieſciret, läſſet ſich eine præſcription nicht einmahl allegiren. Ebenwenig, als ſonſt ſich dadurch ſeine Kayſerl. Majeſtät in dero Erb-Landen der oben allegirten Beylagen ſub F. nach abhalten laſſen, dergleichen in ihren Landen zu publiciren:

*conf.* Gribner. *de præjud. Princip. Imp. ex abuſu Jur. Juſtinian. C.* 2. §. 14. *lit. a.*

Ad 8. & 9. iſt zwar nicht ohne, daß der von dem Ertz-Hertzog, Leopold Wilhelm, mit dem Dohm-Capitel A. 1638. getroffene Vergleich in dem Pac. Oſnabr. art. 11. §. 1. confirmiret, und deſſen Gelebung ausbedungen worden. Allein es iſt dieſes ausdrücklich an beſagten Ort ad religionem & bona Eccleſiaſtica reſtringiret, welchen beydē durch die ex adverſo angefochtene conſtitutiones de A. 1691. & 1692. nicht der geringſte Abbruch geſchicht. Uberdem läſſet ſich aus der capitulation nicht inferiren, daß die election ohne Zuthun der Commiſſarien geſchehen ſolle, als deſſen ſie gar nicht erwehnet

Quæ vero notabilis præjudicii ſunt, exprimi clare debent, nec expreſſa proprie dici poſſunt, quæ ſaltem ex conſequentia quadam nulla probabili ratione nixa, colliguntur Zaſius *Vol.* 2. *Conſ.* 10. *n.* 43. *p.* 49.

In ſo weit demnach nicht ausdrücklich die Landes-Fürſtl. Hoheit

Pac.

Pac. Osnabr. mutiret worden, bleibt es billig bey der regul, bevorab, da in beſagten receſs d. A. 1638. der Ertz-Hertzog Leopold ſich diſertis verbis ausbedungen

> Die der Catholiſchen Religion zugethane ſubjecta, Kirchen, Klöſter und Schulen ſelbſt oder durch dazu deputirte zu viſitiren, ordiniren, oder ſonſten darüber zu diſponiren. *vid. meditat. ad Inſtr. Pac. art.* II. §. 1. *p.* 1602.

Aus welcher clauſula trifftigere argumenta die Anweſenheit deter Commiſſariorum bey denen electionen zu defendiren, als ex integra capitulatione einige dubia ſolche abzuwenden geleitet werden können.

Alſo ſtehet ad (10) der homagial-receſs de A. 1650. Sr. Königl. Majeſtät intention gar nicht im Wege, wohlerwogen das Kloſter nimmermehr erweiſen kan, daß durch die Reſcripta quæſt. von A. 1691. & 1692. ein wohl hergebrachtes, und rechtlich erſehenes privilegium, und Gerechtigkeit aufgehoben, oder gekräncket werde, welches doch vorhero hätte dociret werden müſſe.

Endlich ad (11) müſſen die Mönche als Unterthanen über den Nutzen, welchen Se. Königl. Majeſtät hiedurch zum allgemeinen Vortheil des Vaterlandes zu erhalten vermeynen, nicht critiſiren, noch einen andern modum, als den, welchen ihr höchſter Landes-Fürſt ad bonum publicum promovendum erwehlet, vorzuſchreiben ſich erkühnen, ſondern ſich an der parendi gloria begnügen, wie raiſonablen Unterthanen, und vornemlich denen, deren Wandel exemplariſch ſeyn ſol, wohl anſtehet. Womit folglich dem Vornehmſten aus denen Gegen-Sätzen des Kloſters, und worauf das übrige mehrentheils hinaus läufft, kürtzlich begegnet worden. &c.

# COROLLARIA.

1. *Jus Romanum ut jus ſcriptum deficientibus legibus patriis receptum eſt.* 2. *Illud jus, licet in liberarum gentium controverſiis fruſtra applicetur, in immediatorum tamen imperii civium controverſiis, vel maxime locum habet.* 3. *Non niſi invidiam alit bellum ob metum creſcentis potentiæ vicini, velle decernere.* 4. *Jus albinagii nec inter illuſtres nec inter imperii privatas perſonas, eſt penitus ſublatum.* 5. *Solus populus in comitiis congregatus eſt optimus dubiæ ſucceſſionis principum interpres.* 6. *Bellum offenſivum conſtatus adverſus ſe invicem gerere nequeunt.* 7. *Jus nobilitandi eſt Cæſaris reſervatum, æque uti jus confirmandi Academias.* 8. *Dantur leges divinæ poſitivæ univerſales.* 9. *Æquitas præferenda eſt juris rigori, imo non eſt.* 10. *Minor enormiter læſus adverſus contractum jure jur. corporali confirmatum, non poteſt reſtitui in integrum.* 11. *Poſſeßio non eſt juris in re ſpecies, ſive de juris civ. ſive de juris Canon. textibus ſit ſermo.* 12. *Secundum juris theoriam, verior videtur ſententia, quod* auth. Si qua mulier Cod. ad SCtum Vellejan. *nec cum, nec ſine jur. jurando, quis renuntiare queat.* 13. *Licet filius ex concubina natus fuerit in teſtamento præteritus, non tamen poteſt dici, quod illud ſit nullum.* 14. *Non datur reſtitutio in integrum contra præſcriptionem ob ſolam quantumvis probabilem ignorantiam.* 15. *Teſtamentum privilegiatum maternum, in quo liberi non nominatim, ſed generaliter ſunt inſtituti heredes, ſubſiſtit, ſed extranea admixta perſona detrahitur.* 16. *Neque Falcidia, neque collatio poteſt æqui pollentibus verbis prohiberi.* 17. *Princeps territorii ſimulque Dominus directus feudi, poteſt ſimultanee inveſtitum, feudi renovationem, intra ſtatutum tempus non petentem, excludere a jure ſuccedendi in illud, eumque in finem* 40 *anni merito ipſi conceduntur.* 18. *Jus feudale Longobardicum vix in feudis regalibus imperii, poteſt adplicari.*

19. *Quoad ſervitutis materiam Theſes controverſas, ante biennium defenſas, denuo ſum ab objectionibus liberaturus.*

Kunſt

* * *

Kunſt und Tugend / holde Sitten
Gehn gepaart mit ſchnellen Schritten
Zu dem Ehren-Tempel ein.
Dieſes ſind die rechten Waffen/
Womit man das Unrecht ſtraffen
Selbſten kan zufrieden ſeyn.

* * *

Schwerdter/ Pfeil/ geladne Flinten
Weichen gern Papier und Dinten/
So die kluge Feder mengt:
Ohne alles Blut-vergieſſen
Siehet man hier Ströme flieſſen/
Welche vieles wol gelenckt.

* * *

Auch Die/ ſo von Hohen Stande/
Steht die ſanffte Tugend-Bande
Beſſer an/ als ein Turnier;
Solche können ſtatt der Beute
Dreinſt regieren Land und Leute:
Wünſchts/ Hoch Wolgebohrner/ Dir

Aus ſchuldigem reſpect
Gegen die HochAdliche
*Famille* von dem Brinck

Johann Hermann Fürſtenau.

# AD GENEROSVM DOCTAE DISSERTATIONIS AVCTOREM.

*Scandere Te cathedram, Iuuenis Generoſe, videmus*
*Doctorum: vt ſpecimen nunc reddas ſuaue laborum.*
*Gratulor ex animo. Coeptis benedicat Ioua.*
*De reliquis ſucceſſibus hinc dubitare nequimus:*
*Cernimus inſignem velut hic ex vngue leonem.*
*Quaerere ſed liceat monito perhumaniter a Te.*
*Surrogat auctores ſcriptis clariſſimus auctor.*
*Surrogat inſultans aliis aliquando latrones.*
*Ecquem, dic ſodes, poena? et quem fama manebit?*
*Fama manebit Te, Muſis doctisque fauentem.*
*Crimina, quique bonos laedunt, ſua poena manebit.*
*Te Tua virtus, Te decus ornatusque repleuit.*
*Macte noua virtute Tua: ſic itur ad aſtra.*

A. E. H. E.
IOH. NIC. FVNCCIVS.

Myn Herr van Brinck, jy weet, dat Zanck un Striet verbaen,
Un dennoch wil jy hüt ant diſputeren gahn.
Wat! wört nich beter, dat jy ju in Gaue ſettet,
Aß dat jy annere, dei ju nicks dahn hevt, krettet.
Doch! holt myn Körn tau gau: mie dücht, eck ſeih't ju an
Dat eck, noch weiniger myn Schnack ju ännern kan.
Et ſchient, jy ſtaht darub; jy wilt taun Ridder weren,
Dat iß, juen Fiendes-Mann een lütken beten ſcheren.
Dem Dinge noch veel Gaus: gaut Muhlwarck hevve jy,
Dei Wöre fallet ju by hupen-wieſe by.
Dei Bäucker hevve jy ock dögend dörgeleſen.
Jy ſind een flietick Mann ju Leeve Dage weſen,
Wat Wunner iß et denn, dat jy ſau brav beſtaht,
Un aß een dögend Mann van dem Catheder gaht.
Eck wünske Glück da tau, dei Himmel laat ju leeven,
Sau were jy veel Heils dem Vaterland noch geeven.

Mit düſſen Weinigen wil ju taun diſputeren
Myn Herr van Brinck, uth Grund des Hartens gratuleren

**Ludewig Bernhard Lenderking,**
A. S. & A. O. C.

Si virtutis opes illuſtri ſtemmate natum
Nobilitant, gemino dignus cenſetur honore.
TE genus illuſtrat Generoſo ſanguine cretum
Virtutisque ſimul propriæ ſplendore coruſcans
Strenuus ad laudis ſupremum culmen anhelas.
Ingenii doctæ Tritonidis arte politi
Præſide PESTELIO monſtras perrara talenta.
Hinc TVA laus perſtat longum manſura per ævum.
Gratulor & voveo capias ut præmia digna.

*Generoſiſſimo* DOMINO RESPONDENTI
*Fautori Honoratiſſimo ſpecimen eruditionis haud vulgaris publice edenti gratulabundus applaudit*

JVST. HENN. BEHRENS,

Philoſophiæ Magiſter & Scholæ Senatoriæ Rinteleniſis Rector.

Sic-

Siccine ſublimem nunc ſcandis, Amice, cathedram
Demonſtrans animum, ſplendida dona ferens?
Hoſtes perge alacer varios ſic voce fugare:
Suaviter oppugnant; lædere Te nequeunt.
Crede mihi, Tu victor eris præclarus in armis
Atque feres meritis præmia digna Tuis.

*L. M. Q. S.*

CHRISTOPH. LUD. DE REDEN,

Opponens.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-203933-p0057-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-203933-p0059-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-203933-p0060-6

Rinteln, Diss., 1722-35
X 241 87 69

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-203933-p0062-7

30
15
1733, 1.

# EXERCITATIO IVRIS PVBLICI DE CAVTA ADPLICATIONE AXIOMATIS: VRROGATVM SAPIT NATVRAM EIVS, CVI EST SVRROGATVM,

QVAM
DIVINI NVMINIS AVSPICIO
PRAESIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, CONSVLTISSIMO
N. FRIDERICO VLRICO PESTEL,
S VTRIVSQVE DOCTORE EIVSDEMQVE ANTECESSORE PRIMARIO VT ET MORALIVM PROFESSORE ORDINARIO
H. T. ACADEMIAE RECTORE
PRAECEPTORE SVO AETATEM DEVENERANDO

DIE XXI MAII MDCCXXXIII
*IN AVDITORIO JCTORVM*
PVBLICAE ERVDITORVM CENSVRAE SVBIICIET
AVCTOR ET RESPONDENS
GISMVNDVS MAVRITIVS DE BRINCK,
EQVES SCHAVENBVRGICVS.

*RINTELII*
TYPIS IOH. GODOFR. ENAX, ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-203933-p0063-3